SYRORVM PECVLIVM.

HOC EST,

VOCABVLA APVD SYROS SCRIPTORES PASSIM VSVRPATA: TARGVMISTIS VERO AVT PRORSVS INCOGNITA: AVT IN IPSORVM VOCABVLARIIS ADHVC NON SATIS EXPLICATA.

ANDREAS MASIVS *sibi, suæ memoriæ iuuandæ caussa colligebat.*

ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini,
Regii Prototypographi.
M. D. LXXI.

D. BENEDICTO ARIAE MONTANO THEOLOGO V. DOCTISS.

S. D. ANDREAS MASIVS.

CVM nuper tua singulari postulatione induci me passus fuissem, doctissime Aria, vt de Syricarum literarum cognitione præcepta quædam, princeps ex omnibus nostris hominibus, (absit à verbo inuidia) inchoare auderem: eaq́; ego mox ad te dedissem: properantiùs sanè quàm oportuit; quia ita opus esse dicebas, propter librarias operas: tu porrò continuò, vel vehementiùs etiam, flagitare à me cœpisses, vt Vocabularium quoque (sic enim nunc loquimur) mitterem, eorum vocabulorum, quæ Syri peculiariter vsurpant; cùm in vulgus Targumistarum aut ignota sint; aut certè minus peruulgata. (audieras enim à Plantino nostro, ea me mihi priuatim annotauisse): submolesta quidem, (dicam enim vt res est, mi Aria) accidebat mihi noua illa tua petitio. non quòd aliquid eorum, quæ meis studijs essem consecutus, non libenter tecum, & cum studiosis omnibus communicarem: sed quia, pro paucitate Syricorum librorum, quos mihi videre contigerat, scirem, nimis mancum, & vix bene à me inchoatum id opus videri posse. Verùm tamen cùm audirem, & ipsum Regem Philippum, & eius Ma^{tis} sapiens consilium censere, πολύγλωσσον (vt sic vocem) opus illud sacrorum librorum; sanè pulcherrimum; quod, te Regis nomine procurante, Plantinus noster nunc arte, atq. industria admirabili excudit; non sine illiusmodi Syricorum vocabulorum explicatione in lucem emitti debere. Et simul meminissem; nihil, ne ab ipsa quidem rerum natura, nedum ab hominibus artificibus, repentè totum, perfectumq́; profundi, vno nisu: sed paullatim vt omnia, ita præsertim vocabularia crescere solere. ad hæc, existimarem, ista mea, quamtulacumq. sunt, vtilia tamen fore, ad nonnullarum dictionum Hebraicarum veram significationem intelligendam; quas nobis adhuc Iudæi non rectè sunt interpretati: denique sperare etiam posse me putarem, in summa Syricorum librorũ apud nostram gentem raritate, veniam datum iri à lectoribus operi quamtumuis imperfecto; in quo tamen, quoad eius à me fieri potuisset, nullum verbum prætermisissem non explicatum, eorum verborum quibus est vsus interpres Syrus in nouo Testamento; quod vnum nunc à vobis Syricè editur: quæque alioqui in Targumistarum Vocabularijs, aut prorsus non, aut certè parum dilucidè exposita inueniuntur. Nam quæ ex illis peti planè possunt, cùm sint Syris cum Targumistis communia, ea annotare superuacaneum mihi esse putaueram. Hæc, inquam, cùm intelligerem, mecumq́; attentius reputarem: & simul Plantinus ipse ad me profectus, multis me modis præsens rogasset; concessi tandem vobis, quod tantoperè à me contendebatis. Itaq. mitto tibi nunc mi Aria etiam illa vocabula, quæ ipse priuatim mihi, inter legendum scriptores Syricos collegeram: sed nec digesta antehac satis accuratè; nec vlla in parte limata, aut polita. quippe quæ eo consilio congesseram; & in chartulis meis; vt quæq. sese obtulerunt; properè inscripseram, vt inclusa perpetuò solus haberem: meamq́; ipsis hebetem memoriam subinde iuuarem. Neq. verò etiam nunc retractata vel leuissimè. quòd tempus ad hoc faciendum nullum habuerim. Quare est quòd boni consulas: putesq́; me gratificando tibi impudentem, quàm tergiuersando inofficiosum videri maluisse. Vale. Ex amœnissimis hortis meis Zeuerianis, Calendis Quinctilibus, CIↃ. IↃ. LXX.

plurium litera Somchat.

ܐܘܠܕ] Produxit, fecit geminare. est Hiphil à ܝܠܕܐ, vide in Iud.

ܐܘܦܐ] Deficere, ἐκλείπειν. Est Hiphil verbi non multum usitati ܝܦܐ, 1.Reg. 16. Vide infrà in Iud.

ܐܘܣܡܢܐ] Anchora, Hebr.6.& βολὶς, perpendiculum nauticũ, Act.27.

ܐܘܣܡܢܪܐ] κρεάγρα, fuscina, vncus extrahendis ex olla carnibus.

ܐܘܪܡ] Exaltauit, extulit, ὕψωσεν. Esther 2. & 3. ab inusitato verbo ܝܪܡ.

ܐܘܪܩܥܬܐ] Frustũ panni. positio est ܪܩܥ.

ܐܚܕ] apprehẽdere, vt Chaldęis, & tenere, continere, cohibere, Iacob. 1. vnde Deus vocatur ܐܚܝܕܟܠ, continẽs omnia, hoc est, omnipotẽs. & nomẽ ܐܘܚܕܢܐ] potentia. & ܐܚܝܕܢܐ] idem quod κραταιὸς, fortis, potens. Item claudere, Psalm. 69. ܠܐ ܢܐܚܘܕ ܥܠܝ ܒܐܪܐ ܦܘܡܗ Non claudet puteus os suum, &c. quamquam incertũ est an hoc ab isto Verbo, an à ܝܚܕ dictum sit. vide in Iud.

ܐܚܝܢܐ] Cognatus. Io. 8. vnde ܐܚܝܢܘܬܐ] idem quod συγγένεια, cognatio. Iosuæ 19.

ܐܚܪܢܐ] Alius. & aduerbium ܐܚܪܢܐܝܬ] aliter, &c. Notandum est autem in hac positione literam Olaph prorsus non audiri. Item verbum ܐܚܪ] tardare, præsertim in Hiphil, vt ܘܠܐ ܢܘܚܪ & non tardabit. Heb.10. Ab hoc verbo per πρόθεσιν literę Schin, fit Hithpael, ܐܫܬܘܚܪ], mutato Olaph in Vau, quod ipsum quoq. significat, tardare, χρονοτριβῆσαι, Act. 20. & ἐσχατίζειν, Iudic. 5. μέλλειν, Act. 22. Item durare, Psalm.104. Et Nomen ܫܘܚܪܢܘܬܐ] mora. in Bar-cepha. Vide autem de prothesi literæ Schin nostram Grammaticam. Scribitur tamen etiam

 fine

emolumentum. Et rursus ca.6. & cap.15. est masc.gen.

ܐܗܠܠ] Idẽ quod ἐξουδενόω, vilipendo. vnde est Iudicum 9. ܕܐܗܠܬ ܒܗ, pro Gręco ὃν ἐξουδένωσας. Est Hiphil verbi ܗܠܠ ex geminantibus secundam literam. vide in He.

ܐܗܡܟ] Permittere, **geschehen lassen.** Bar-cepha. Et Patriarcha Antiochenus aduersus Io. Grammaticum. est Hiphil positionis, ܗܡܟܐ; vide in He.

ܐܗܪ] Nocere. est Hiphil verbi ܗܪܪ. vide in He.

ܐܘ] Idẽ quod Græcis ἢ, quàm, vel. Et ܐܘܠܐ] aut ne, neque. Hebr.6.& 12. Est etiam Græcorum ὦ, ô. vnde dicit Bar-cepha ܐܘܗܟܝܠ], pro eo quod Græci dicunt, ὢ οὖν τοι.

ܐܘ] Cõmunicare. vnde est nomen ܐܘܝܐ], commune, consentaneũ, concors. & ܐܘܝܘܬܐ], consensio, 1.Pe.3. Et in Bar-cepha. ac Psal.55.& 2.Corint.6. συγκατάθεσις.

ܐܘܣܓܪ] Idem quod סגר, cõclusit, suffecit carnem pro costa. Gen.2. propriè autem est, consociauit, coniunxit. nam est Hiphil verbi ܣܓܪ.

ܐܘܟܝܠ] Idẽ quod ἤτοι, scilicet, videlicet.

ܐܘܠܝܬܐ] θρῆνος, Lamentatio, Tobiæ 2. vbi citantur verba Amos. vide infrà, ܐܘܠܝ].

ܐܘܝ] Exclamantis Interiectio, Matth.17.& vah, Marc.15. & Hebræorum אנה, obsecro, deprecantis.

ܐܘܢܐ] Habitatio. Ioã.14. mansio. Scribitur etiam cũ duplici Vau: præsertim numero plurium, ܐܘܘܢܐ] mansiones.

ܐܘܣܝܐ] Græcũ οὐσία, vocabulum Theologorum, de Dei essentia loquentium. Numero plurium dicunt ܐܘܣܝܣ] οὐσίας. Nã à Græcis sumpta vocabula pleraq. finiuntur Syris numero

ܐܐܪ] Aër, Græcũ est, quo etiam Latini vtuntur, Psal. 18. 2.Regum 22.

ܐܒܠܘܣ] Græcũ ὀβελὸς, obeliscus, nota, quam Origenes in Hexaplis suis apposuit ad ea, quæ LXXII. interpretes de suo addiderant, in interpretandis sacris Bibliis.

ܐܓܘܓܐ ܕܡܝܐ] ὑδραγωγός, aquæductus, 4. Reg.20. est vox Gręca ἀγωγὴ.

ܐܓܘܢܐ] Gręcũ est ἀγών, certamẽ μάχη. in Bar-cepha. & Heb.12.

ܐܓܪܘܣܐ] Græcũ est ἀγρὸς, ager.

ܐܓܢ] Habitare, incumbere. vide infrà, ܓܢܘܢܐ.

ܐܓܢܝܐ] ὄλκια, omne genus vasa. Iudith 15.

ܐܓܢ] Incũbere, applicare se. est Hiphil à ܓܢܢ ex ordine geminantium secundam positionis literam. 4.Reg.4. ܘܐܓܢ ܥܠ ܛܠܝܐ pro eo quod Græcè est, ἐκοιμήθη ἐπὶ τὸ παιδάριον. incubuit super puerum. vide in Gomal.

ܐܓܪ] Laxare, prolõgare. est Hiphil verbi ܢܓܪ. vide in Nun.

ܐܕܩ] Accuratè inspicere. est Hiphil verbi ܕܩܩ siue ܕܩ.

ܐܕܫܐ] Species, vt loquuntur Dialectici. in Bar-cepha. Adã imposuit nomina ܠܟܠܗܘܢ ܐܕܫܐ], omnibus speciebus animaliũ. Et alibi, ܐܕܫܐ ܘܩܢܘܡܐ ܕܢܦܫܬܐ, species & personę animantium. Et alibi, nomen, inquit, ܐܢܬܬܐ], hoc est, femina, pertinet ad vniuersam ܐܕܫܐ], hoc est speciem. at ܚܘܐ Eua, vnius personæ nomen est. Reperitur etiam verbum, ܐܕܫܘ], pro Græco κατεγνώσαν τε, Iudith 5. hoc est, contempserunt, nihili fecerunt, damnarunt. Vaticanus tamẽ habet κατενώπισαν, hoc est, tergiuersati sunt. Est etiã ܐܕܫܐ] Rom. 1. καρπός, fructus,

vnde dicunt: Deus fecit hominem ܡܢ ܠܐ ܐܝܬ ܠܐܝܬ ex nulla essentia, in essentiam. Atque hinc deductum puto Nomen ܐܝܬܘܬܐ, quod rei qualitatem significat, quamquam hoc etiam per Teth scriptum repererim.

ܐܝܛܝܐ Caussa, est Grecū, αἰτία.

ܐܟܝܕܢܐ Vipera, Græcum est, ἔχιδνα.

ܐܝܟ Sicut. recipitq. pronomina affixa. ܐܝܟܘܬܟ, vt tu, &c.

ܐܟܘܠܐ Homo vorax, edo, lurco. ab אכל. Bar-cepha.

ܐܟܘܬ Ad eum modum, dictio composita ab ܐܝܟ & ܗܘ.

ܐܟܚܕܐ Simul. sicut Hebræis יחדו.

ܐܟܠܐ Tinea. sic dicta ab edendo. Et ܡܬܐܟܠܢܐ, quod edi potest, Deut. 20. Nomen formatum ex Benoni Hithpael. vt plurima alia apud Syros verbalia, vt sic appellem, quæ patiendi habēt notionem. cuiusmodi sunt quæ apud Latinos in bile exeunt.

ܐܟܠܩܪܨܐ Diabolus. Significat enim ea verborū cōplexio, Accusare, deferre aliquē apud alium, Psal. 101. Quin & Chaldæi sic loquuntur. vt Danielis 3. אכלו קרציהון דיהודיא, accusabāt Iudæos.

ܐܟܣ Redarguere, corripere, iurgare. est Hiphil à Verbo ܟܣܐ. Et ideo litera Coph semper habet Kusoi, more geminātium secundā radicalē, in Hiphil. vt dixi in Grammatica.

ܐܟܣܘܪܝܐ Exsilium. est Græcum ἐξορία. Et Nomen ܐܟܣܘܪܝܛܐ Exsul.

ܐܓܢܣܝܐ γνήσιος, Syncerus, germanus, diligens, sedulus. Et ܐܓܢܣܝܐܝܬ γνησίως, ex animo, synceré, germanè, diligenter, gnauiter, Philip. 2.

ܐܠܐ Iniuria, offensa, Matth. 5.

ܐܠܐ Græcū ἀλλά, Verùm, sed, &c. Et Verbum θρηνῶ, lugeo, plango,

rumq. litera Dolath. Item quales, Iudith 5. & alibi sæpè. Est vtriusque generis.

ܐܠܟܐ vnde. Sæpè tamen præcedit præpositio ܡܢ, ex, à, ab. Est dictio composita ex tribus partibus.

ܐܝܡܡܐ Dies. Et de die.

ܐܝܢ Vtique, certè, ναί, affirmandi particula. Luc. 7. Interdum ponitur cum אמן, vt ܐܝܢ ܐܡܝܢ Amen, Amen.

ܐܝܢܐ Ille, is. masculinum. Interdum aduerbium loci, Luc. 12. vbi est thesaurus tuus, &c. Item qualis, interrogatiuè, vt sic dicam, Esth. 7. Componitur etiam cum Pronomine ܗܘ, fitq. ܐܝܢܘ. Quis vel qualis ille? Hebr. 12. & alibi sæpè.

ܐܝܢܝܘܬܐ Ipsa qualitas, vt vocāt, rei cuiusuis. vt ܐܝܢܝܘܬܐ ܕܩܠܐ Modus & qualitas vocis; nimirum ex qua facilè animaduertere quiuis potest, serio an ioco dicta sit.

ܐܝܩܐ Frustra. Græcū est, εἰκῆ.

ܐܝܩܪܐ Gloria, à positione יקר, & quia hæc vox significat etiā graue & ponderosum, vocant Syri ܐܝܩܪܐ, quod Græci ἀποσκευήν, impedimenta militum, Deutero. 20. Vbi tamen in Hebræo est, puelli. Nam & illi sunt exercitui impedimento. quos Hebræi solent nominare טף. Est insuper positum ܐܝܩܪܐ, pro Græco ξένια, dona, munera, 2. Reg. 8. nimirū quæ honoris gratia donantur.

ܐܝܬ Hæc particula respondet Hebræorum יש. Estq. propriè verbum ὑπαρκτικόν; siue, vt vocant, substantiuum. Nam ܗܘܐ potius est γενέσθαι, quàm, esse. Quapropter, quod Græcè est ἦν, erat, hoc Syri perpetuò vertunt ܐܝܬ ܗܘܐ. at quod illi dicunt, ἐγένετο, hoc reddūt Syri, ܗܘܐ ܗܘܐ.

ܐܝܬܐ Ipsum esse, siue essentia. sine Vau ܡܬܝܬܝܢ, Thess. 4. in extremo. & alibi. vide ܫܬܝ in litera Schin. Nam sæpè in Piel & Hithpael solent Syri literam Vau in medio verborum addere, loco geminādæ secundæ positionis literæ; præsertim cùm ea est vel Risch, vel è gutturalibus, vt vocant, vna aliqua.

ܐܝܕܐ Cùm habet punctū subscriptum sub Iud, legitur ܐܝܕܐ: & significat manum. cùm verò apiculus suprà locatur, pronunciatur ܐܝܕܐ: significatq.; ea, vel quæ. Est enim femininum ܗܝ ܐܝܕܐ. vt ܒܐܝܕܐ ܥܠܬܐ qua caussa? Et ܐܝܕܐ ܕܦܫܝܩ, quid, siue vtrum, facilius. Lucæ 5. Et ܡܢ ܐܝܕܐ ܠܐܝܕܐ Idem quod ἑξῆς, deinceps, paullatim, quod Itali dicunt *de man a man*. Iudic. 20. & alibi sæpè.

ܐܝܩܘܦܛܝܐ Cophti, secta quædam Christianorum Iacobitarum, qui ab Ægypto hoc nomen habēt: hęc enim in nōnullis veteribus monumentis Ægophtos nominatur.

ܐܝܟܢܝܘܬܐ Qualitas. puto tamen Tau pro Teth esse scribēdum. vide infrà ܐܝܟ.

ܐܝܟ Secundū, quomodo, κατά & καθώς, sicut, circiter. vnde dicunt Syri ܐܝܟ ܕ. verbi gratia: ita vt. Et ܐܝܟ ܕܫܪܝܪܐܝܬ hoc est, verè. ac si dicas, sic vt per veritatem. Idem ferè est ܐܝܟܢܐ. At, ܐܝܟܐ, est loci aduerbium, vbi. Et præposito Lomad ܠܐܝܟܐ, quò.

ܐܝܠܝ Idem quod Hebraicè אֵלִי, Psal. 88. Et Psalm. 22. pro eo quod est Hebraicè אֵלִיתִי, habet Syrus, ܐܝܠ ܐܝܠ; quæ sunt verba Christi in cruce exclamantis, Eli Eli, &c. Matt. 27. vsurpant autem Syri pro auxilio; cùm in precationibus dicunt ܐܝܠ ܠܢ, veni in auxilium nostrum, &c.

ܐܝܠܝܢ Illi, ij. sequiturq. ple-

idem quod ἄσωτος, prodigus, intemperans. Est etiam [Syriac] ἰατρός, medicus. Tobiæ 2. à verbo [Syriac], sanare.

[Syriac] Græcum στοιχεῖον, elementum.

[Syriac] Cingulũ. Et στύλος, columna, 2. Reg. 8. & 4. Reg. 23.

[Syriac] Græcũ στάσις, seditio.

[Syriac] Delitię. 1. Tim. 5. σπῆνος scilicet Græcorũ. 4. Re. 19.

[Syriac] Stacte, Psal. 45.

[Syriac] Professio monastica. 1. Tim. 4. Sicq. vocant hodie vulgo Syri habitũ monasticũ. Scribitur etiã cũ Iud, [Syriac]. est procul dubio Græcorum σχῆμα. Vnde & modũ, formãq. ac habitũ significat: Itẽ sexum virorũ, aut feminarũ. Reperitur etiã Verbũ, [Syriac], fingere, formare, & induere formam & habitum certum. 1. Reg. 21. in Hithpael.

[Syriac] φλιά, Limen. 1. Reg. 1. & 3. Reg. 6.

[Syriac] Infundere, indere. Est Hiphil verbi [Syriac], quod significat colare: ergo illud est, veluti per colum indere. Sic enim loquebatur impius Diodorus, cũ diceret: Ipsa diuinitas, non statim vt natus est Iesus [Syriac] indidit, quasi per colum, omnẽ suam sapientiam corpori illius; sed paullatim, &c. Apud Patriarchã Antioch. Iacobitã.

[Syriac] Spongia.

[Syriac] Græcum est, σπυρίς, Sporta, Act. 9.

[Syriac] Paries, murus, Act. 29. Iudic. 16. Idẽ quod קיר Hebręis. Psal. 26. 1. Reg. 19. τεῖχος. scribitur etiam absque Tau. suprà.

[Syriac] Excellẽtia quæ est in re quapiã. Itali *vantagio*, nos **furthail** dicimus. vide [Syriac].

[Syriac] Est ac si dicas, Facies portæ. hoc est, ianua ipsa, siue id quo aditus ostij pręcluditur, verbo minus vsitato [Syriac], propriè τολμᾶν. plura vide in litera Mim.

[Syriac] Ripa, ager, Iosuę 3. vbi enim in Hebr. est, גדותיו, notatur Aquilã vertisse, [Syriac].

[Syriac] Quando. [Syriac], quotiescumque.

[Syriac] Ego. & vsurpatur pro verbo, Sum. vide meam Grammaticam.

[Syriac] Gręcum est, ἄν, Si. Et sæpè iungitur Pronomen [Syriac]. vnde illud, ὃν ἂν ἐδείχθη, quemcumq. ostẽderit. est Syricè, [Syriac]. Iosuæ. 7.

[Syriac] Indictio, est Nomen Latinũ; quo, vt nos, computant annos Syri.

[Syriac] Illi, Pronomen plur. à singul. [Syriac]. Et ferè accusandi casus. In feminino est [Syriac], illæ, aut illas.

[Syriac] Græcum est. ἀναφορά. quo vocabulo Missam aliquando vocãt Syri, vtpote oblationem.

[Syriac] συνοχὴ, Imbecillitas, angustia, solicitudo. 2. Corin. 2.

[Syriac] & [Syriac] Propriè Homo. sæpè ponitur pro, Quidam, aliquis. Et numero plur. vsurpatur pro Parẽtibus & cognatis, 2. Tim. 3. Luc. 2. Cùm autẽ geminatur, significat, vnusquisq., quilibet. Interdum verò, τινές, quidam, vel partim. vt Phil. 1. Et [Syriac] capitur pro ὄχλος, plebs; siue quiuis è populo, turba, hominũ cœtus. Est autem notandum, literã Olaph in ista positione non audiri, dum pronunciatur. atq. ideo neq. vocali notari.

[Syriac] Græcum ἀνθύπατος, Proconsul, Act. 13.

[Syriac] Mulier. Legitur Atto, absq. Nun. vide meã Grãmat.

[Syriac] Paries. τεῖχος. 3. Reg. 6.

[Syriac] Crapula. est Græcũ ἀσωτία. & [Syriac] atq. [Syriac] plango, 2. Reg. 1. Et Nomen [Syriac] θρῆνος. ibidem.

[Syriac] Positum est pro Græco, παραλλαγή. 4. Reg. 9. nempe vt significet aberrationem, siue à via, siue à recta ratione, & mente.

[Syriac] παρενοχλεῖν, Perturbare quietẽ alicuius, molestiã afferre &c. Iudic. 14. 1. Reg. 28. est Hiphil verbi [Syriac]. vide in Lomad.

[Syriac] Idem quod Hebraicè ריב. Psal. 103. propriè cõtumacia, vt puto. Nam & Hebræorum magistri vocant אלמא hominem contumacẽ, pertinacẽ.

[Syriac] πλευρά, Latus. 3. Reg. 6. & alibi.

[Syriac] Nauis. Iaco. 3. & alibi.

[Syriac] Cruciare, molestia afficere. θλίβω, Deuter. 23. στενοχωρέω, Iosuæ 17. Vnde [Syriac] necessitas, vis. Itẽ necessariũ esse, Philip. 1. & actiuè, cogere, Philip. 2.

[Syriac] κοίλωμα, Cõcauitas. 3. Reg. 6.

[Syriac] Cunctari, ὀκνῆσαι. Heb. 12. Act. 9. tædio, & graue molestumq. esse, &c.

[Syriac] Idem quod ἐπιτηδεύματα, Studia, opera, Iudic. 2. Est Hebræorum vox.

[Syriac] Continuus, perpetuus, stabilis, perseuerãs. Et inde Aduerbium [Syriac], perpetuò, continuò, Deut. 33. & πυκνά, crebrò, Luc. 5. Et πάντως, planè, omnino, Act. 18. Et Verbum ipsum vsurpatur, pro Perseuerare, Coloss. 4. in Hithpael; προσκαρτερεῖν.

[Syriac] Agnus. & ponitur pro Hebraico צאן Psal. 44. Rursus Psal. 114. vbi in Hebræo est, Filij ouium, habet Syrus, [Syriac], agni ouium. ἀρνές. 2. Reg. 6. & alibi sæpè.

[Syriac] ἀμνάς, Ouicula. 2. Reg. 12.

[Syriac] Ausus fuit. vsurpatur enim sic ferè in Hiphil, à

ܐܘܪܬܕܘܟܣܘܣ] Est Græcum ὀρθόδοξος, Probæ opinionis homo.

ܐܘܫܐܠ] Commodato dare. Hiphil à verbo ܫܐܠ.

ܐܘܟܝܪܓܪܦܘܢ] χειρόγραφον, Literæ pacti alicuius, Tobiæ 5. Chaldæi non præponunt Olaph, vt neq. Syri interdum. vide in Schin.

ܐܘܟܡܐ] Color buxeus, natus in homine, vt ait Ephræm, ex flauæ bilis exhuberantia, vt sic dicā. Nam ܐܘܟܡܐ buxus est.

ܐܫܠܚ] Exuere. idem quod Chaldæis שלח. quo verbo etiā Syri vtūtur omisso Olaph. sicut ܐܫܬܝ & ܫܬܐ, bibere, vsu venit.

ܬܘܪܣܐ] θύρσος, Frondibus obuinctus baculus, qui, vt gaudij signū, gestatur, Iudith 15. Puto ab Hebrœorū Hosanna sumptū esse vocabulum, quia certis festis solent magna lętitia decantare Iudæi vocem Hosanna.

ܐܫܪ] Certò statuere, Hebr. 11. corrigere, firmū fixūmq. efficere. Act. 3. Est Hiphil verbi ܫܪܪ geminātis secundam positionis literam.

ܛܝܢܐ] Lutū, cœnū, limus qui in fundo aquarū est. Itē fex. Itē bibere; adiuncto Olaph per prothesin ad initium. Mat. 26. Hebr. 6. & alibi sæpè.

ܐܬܟܘܪ] Promisit, pepigit, cōuenit, desposātus est, est Hithpael à verbo ܟܘܪ. vide in Schin. Syri enim nōnumquam literā Vau in medio collocant, vbi alioqui Kusoi, hoc est, Dagges esse deberet, vel saltē geminari secunda positionis litera, pro ratione formulæ inflexionis.

ܐܫܬܘܕܥ] Agnoscere, ἐπιγινώσκειν, rescire. Deut. 21. veluti cùm ex memoria hominem longo pōst tēpore visum agnoscimus, Marc. 6. & 1. Ioā. 3. Act. 12. vide ܝܕܥ in Schin.

ܐܘܠܐ] vide ܘܝ.

ܐܘܦܠܘܢ] ὄφελον, Vtinā, optantis, 1. Corinth. 4. vide ܐܘܦܠ ܐܘܦܠܘܢ]

ܐܪܐ] Est Græcorum ἆρα, An, num, vtrum, numquid, &c.

ܢܒܠܐ] νάβλα, Instrumētum musicum. 1. Reg. 10. Nablium.

ܢܚܠܐ] Vide in litera Risch. est interpretatio Hebraici נחל.

ܥܪܕܥܐ] Rana. Psalm. 78. Est gener. fem.

ܬܘܪܐ] Est in Psalmis, pro Hebraico, אבירים. veluti Psal. 22. 50. & alibi. Significat autem Tauros, vt videtur.

ܪܙܐ] Mysterium, sacramentū. Notandū est literam Olaph nō audiri, dum hoc nomen à Syris dicitur. opinor ne Cedrus arbor dici videatur. Est etiā verbum ܪܙ ex ordine quiescētium in medio: ab hoc (vt arbitror) Nomine ductū, omisso Olaph; quod alioqui non legitur: imò sæpè ne scribitur quidem. veluti Iudith 2. & alibi.

ܐܪܓܫ] Consentire significat, vt apparet Act. 24. vbi desideratur litera Vau vltimo loco, in libris peruulgatis. Debet enim scribi ܐܪܓܫܘ, numero pluriū. Sed quia Syri eam literam non pronūciant, in illiusmodi verborū casu, vt in Grammatica dixi. ideo solet sæpè à librariis per errorem, omitti.

ܐܪܡܝܐ] Barbarus, gentilis, nō Hebræus, Act. 16. & 19. vbi in Græco est ἕλλην. Eodem modo vtitur hac voce scriptor Talmudis sæpè.

ܐܪܛܡܘܢ] Act. 27. ponitur pro Græco σκεῦος, nimirū pro artemone nauis, siue pro carbaso aut velo. Est enim ipsum Grecorum vocabulum ἀρμενόν.

ܥܣܒܐ] Idem quod Hebræis עשב Herba.

ܐܪܥ] Obuius fuit, occurrit. Vnde nomen ܐܪܥܘܬܐ, obiectio, argumentum aduersariū, Bar-Cepha.

ܐܪܙܦܬܐ] σφῦρα Malleus, 3. Regum 6.

quodq. velat & obtegit aditū in domū, aut in rem aliam. vnde ܐܓܘ ܦܪܣܐ … Est ac si dicas, Intra portam, intra velamen, hoc est, intus in ipsis adytis; atq. in penetralibus. Significat etiā ܐܦ ܓܘ idem quod περί. vt … hoc est, περὶ τὸ μεσονύκτιον, Iudic. 16. Et cū … idē quod ὑπέρ, vt … pro te ipso. Act. 26. Rursus … circa vesperam, Deuteronom. 23. …, περὶ δυσμὰς ἡλίου, Deut. 24.

ܐܦܝܣ] Persuasit, Act. 12. est Hiphil à verbo ܦܝܣ, quiescēte Vau in medio. vide in Pe.

ܐܦܝܣ] Idem quod ܦܝܣ etiam.

ܐܘܦܠܣ] Est Græcū ὄφελος, vtilitas, fructus. apud Patriarchā Seuerū, annotationibus. 3. Re. 8.

ܐܦܠܐ] Sed, tametsi, quamquam. dictio composita ex ܐܦ & ܠܐ. Item siue, hoc est, εἴτε.

ܐܦܣ] Permisit, εἴασεν, Act. 16. est Hiphil à ܦܣܣ. ex geminantibus secundam radicis literam. Vide in Pe.

ܐܦܘܦܣܝܣ] Sententia, quam iudex tulit. est Græcū, ἀπόφασις. Nam & negationem quoque significat; vt ipsa Græca vox.

ܐܦܝܐ] Splendidus. Esther 3. vide infrà in Pe.

ܐܦܝܒܘܠܐ] ἐπιβουλή, Insidiæ, Act. 9. & 23. (25.

ܐܦܣܬܐ] σταφίς, Vua passa. 1. Re.

ܐܦܐ] In Bar-Cepha semel positum inueni, pro intellectu, captu mentis.

ܟܠܝܕܘܢ] χλιδῶνες, Mundus quidam muliebris, Iudith 10.

ܐܦܩ] Cū sequente verbo substantiuo, ܗܘܐ, significat, Incipere, ἄρχεσθαι. Act. 1. & 2. & 24. Est Hiphil à verbo ܦܩ, quod idē est cū Hebræorū רבק, quasi dicas, subiūgere. vide in Nun.

ܐܦܩ] Obtueri, intentè inspicere, in Bar-Cepha.

tiocinatio, argumentatio. in Bar-Cepha.

ܒܚܪ Videre; considerare, animaduertere, Act. 28. in testimonio Isaię. similiter Ro. 11. Item Probare, examinare. vnde nomen ܒܘܚܪܢܐ Examen. τὸ δόκιμον. Petr. 1. Et Petr. 2. ἐπισκοπή. Et apud Bar-Cepha, ܡܠܦܢܐ ܒܚܝܪܐ, Doctor probatus. Et sic Syri cùm probatæ opinionis scriptorem citant nominatim, sæpe addunt hoc epitheton ܒܚܝܪܐ. Sic quidam Patriarcha Seuerus scribit: Nō eum prophetam, qui se ipse constituit; sed quem Deus constituit, hunc esse ܒܚܝܪܐ, hoc est, probum, & pro propheta habendum.

ܒܛܠ Primò idem est quod Cessare; ociosum esse; vt apud Targumistas. Et in Piel aut Hiphil, Ociosum facere, atq; vacuū ab opere. Syri tamē sæpe vtūtur, pro occupari re aliqua; & studio alicuius rei deditum esse. vt Marc. 4. Act. 16. Luc. 10. Et inde nomen ܒܛܝܠܘܬܐ studium, cura. Marc. 6. Et Aduerbium ܒܛܝܠܐܝܬ, solicitè, magno studio, seriò, Luc. 7. vnde frequens est apud Paullum ܐܬܒܛܠ ܠܟ, pro Græco σπούδαζον, sit tibi curæ, curato omni studio, vt hoc illud, possis facere.

ܒܛܡܬܐ Terebinthus arbor, Iosuæ 17. & 22. & alibi. Putant autem Syri, eam arborem, quam Hebræi אלה vocant, esse Terebinthum. Itaque ܒܛܡܬܐ interpretantur.

ܒܛܢ Concipere. à ventre factum verbum. vnde ܒܛܢܐ cōceptio, qua mulier fit grauida, & fœtū concipit. Et ipsa etiam mulier fœta, siue prægnās tum hoc nomine appellatur, tum ܒܛܢܬܐ, addita litera Tau generis fem. nota.

ܒܨܪ Perperam agere, παραφέρεσθαι. 1. Reg. 21. in Hithpael, posito Iud loco geminationis medię literę. vt in ܐܬܒܨܪ.

ܒܣܪ εὐαγγελίζεσθαι, Prænūciare; Act. 7. Nunciare, Act. 23. Patefacere, declarare. Act. 9. Bar-Cepha.

ܒܣܡ Quiescere, ἡσυχάζειν. Act. 21. & 22.

ܒܗܬ ἐπαισχύνεσθαι, Erubescere, confundi pudore & verecūdia. Hebræ. 2. καταισχύνεσθαι. Petri 2. ἐντρέπεσθ. Hebr. 12. Et nomen ܒܗܬܬܐ & ܒܗܬܬܐ, τὸ αἶσχος, Hebr. 12. ignominia, res pudenda, ἀσχημοσύνη, Deuteronom. 23.

ܒܝܢܐ Idem quod בִּינָה, intelligentia; Ephrēm. φρόνησις, Iof. 5.

ܒܘܠܘܛܐ Est Græcum, βουλευτής, buleuta, vt loquitur Plinius iunior, Decurio, Senator, Marc. 15.

ܒܝܬܐ Vide inf. in Vau, ܒܝܬ.

ܒܘܨ Byssum. Luc. 16. 2. Re. 6. Puto nos eam vocem à Syris habere.

ܒܘܩܝܐ τὸ δόκιμον, Probatio, exploratio, Iacob. 1. Bar-cepha. positio est ܒܘܩ. vide in Kuph.

ܒܘܩܝܢܐ Buccina, tuba, Iudic. 7. in margine. Est Latinorum vox.

ܒܘܪܣܝܐ Coriarius, Act. 9. Est Græcum βυρσεύς.

ܒܙܒܢ ܙܒܢ Nonnumquam, interdum. ac si dicas, in tempore temporis.

ܒܙܚ Illudere, ἐμπαίζειν. frequens apud Syros. vnde ܡܠܐ ܕܒܘܙܚܐ, verba ludicra, εὐτραπελία, Eph. 5. scurrilitas, et ܒܘܙܚܐ ludibrium, derisio, Psalm. 35. At 1. Corinth. 7. positū est pro ἀσχημονεῖν. nimirum quia quod indecorum est, deridetur meritò, hoc est, contemnitur.

ܒܚܫ Argumentari, argumentis rem cum alia re cōtendere. vnde nomen ܒܘܚܫܢܐ ra-

ܐܒܗܠ Vide in Iud ܝܗܠ.

ܐܒܗܬ Dementare, Act. 8. vide in Tau. est enim Hiphil.

ܐܬܡܠܝ Idem quod Hebræis אתמול χθές, Heri, Ioan. 4. Act. 7.

ܐܬܒܣܪ Aliquoties inuenitur in libris Regum pro Nunciari, significari, &c. Estque Hithpael, factum ab Hiphil verbi ܒܣܪ Similiter atq. ܐܬܒܣܡ à ܒܣܡ, de quo vide meam Grāmaticam.

ܐܬܐܣܢܝ Hospitio excipi, ξενοῦσθαι, Esther 8. Meo tamen iudicio pro secundo Tau, scribendum est Olaph, & in fine vnicū Nun. Nam ܐܣܢܝܐ hospitem significat. est enim ipsa Græca dictio ξένος.

ܐܬܡܪܐ κυριεύειν, Dominari. ex Nomine ܡܪܐ, quod dominum significat, factum verbū, Iudith 1.

LITERA BETH. ܒ

HÆC litera est Præpositio, in, cum, &c. vt apud Hebræos. Obseruandum est autem cùm præponitur in verborum cōplexione, vnà cum Pronomine, quod hæret sequenti nomini, tum significari identitatem rei, vt sic dicam, veluti ܒܗ ܒܫܥܬܐ In ea ipsa hora. ܒܗ ܒܝܘܡܐ in eo ipso die. Sicut Hebræi dicunt, בְּעֶצֶם הַיּוֹם. ܒܗ ܒܪܘܚܐ, ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι, per eundem spiritum, 1. Cor. 11. Et ita in ceteris.

ܒܘܪ Sterilis, incultus, & ܒܘܪܘܬܐ sterilitas.

ܒܗܝ In Piel, κράζειν, vociferari, Act. 21. & 22. &c.

ܒܕܐ Mentiri. Inde ܒܕܝܐ, falsum, per mendacium dictum, aut fallax, mendax.

ܒܟܢ Proinde. cùm ex superioribus aliquid conficitur, tamquā cōclusio. Sed lit. Beth est seruilis. vide in Dolath.

ἐμοὶ ὁμονοοῦντες. ܒܢܝ ܚܐܘܪܐ, qui ex nobili genere orti sunt. ܒܣܪ Res vilis,contemtibilis, non præclara; contrariũ ܝܩܝܪ. Et verbum,contemnere, negligere, nullo loco habere, Matth. 5. Iudith 10. Heb. 8. & 2. Act. 6. ὑπεριδεῖν, Deut. 21. Et nomen ܡܣܒܪܢܘܬܐ contemtus, despiciẽtia. Bar-cepha. Ponitur etiã 1. Reg. 12. in Syro verbũ hoc in Hiphil, pro Hebræo, העלים abscondere, occultare, &c. verùm nescio an non mendosè Beth, pro Coph, sit scriptum.

ܒܣܕܝܐ Puluinar, ceruical, Marc. 4.

ܒܣܝܡ Indulgentem, atq. benignum esse. Et in Hithpael, Suauiter viuere, oblectari. Et ܒܣܝܡܐ, suauis, dulcis, benignus, mitis; idem scilicet quod χρηστός. Et substantiuũ ܒܣܝܡܘܬܐ χρηστότης, honesta voluptas, εὐφροσύνη, Esth. 8. Et Aduerbium ܒܣܝܡܐܝܬ, libenter, suauiter, benignè, &c. Et Romanor. 11. ܒܣܝܡܘܬܐ, hoc est, χρηστότης, opponitur ܥܙܝܙܘܬܐ, hoc est, τῇ ἀποτομίᾳ, seueritati.

ܒܣܪ Καταγινώσκειν, Contemtim negligere, Ioã. 3. Et in Bar-Cepha cap. 19. Iosu. 22. Et inde Nomen ܒܘܣܪܢܐ Despectio. Bar-Cepha.

ܒܥܙ Peregrè esse, procul abesse, Luc. 19. Et in Hiphil, relegare, in exsiliũ extrudere. Et in Hithpael, expelli, relegari.

ܒܥܠܕܒܒܐ Vsurpat meus doctor Moses Mardenus in quadã sua ad me epistola, pro ܒܥܠܕܒܒܐ, hoc est, pro hoste, aduersario, inimico. atq. similiter in sua professione, quã suam fidem Romæ profitebatur. quę est à me Latina facta.

ܒܥܠܕܝܢܐ Propriè est is, q. litẽ cũ alio habet, aduersarius, ἀντίδικος, Esth. 8. Formatur autẽ ab hoc nomine verbũ, in Hithpael ܐܬܒܥܠܕܝܢ

lis numerus est ܒܬܐ, domus.

ܒܝܬ ܐܢܫܐ Ac si dicas, Domus hominũ. est familia apud Bar-cepha.

ܒܝܬ ܒܣܡܐ Thuribulũ. Heb. 9. θυμιατήριον, theca in qua res suaui odore insunt.

ܒܝܬ ܢܗܪܝܢ Mesopotamia, Act. 7. ac si dicas, locũ fluuiorũ. Hebræi vocant ארם נהרים.

ܒܝܬ ܥܡܪܐ ἐριθεύειν, Lanificio victũ quærere, Tobiæ 2.

ܒܟܠ Ac si dicas, In omnib⁹. hac vocula significatur gradus superlatiuus, cũ adiicitur post nomen adiectiuũ; veluti ܩܕܝܫ ܒܟܠ Sanctissimus. nimirum omnibus modis & numeris sanctus.

ܒܠܒ Idem quod לב Cor, per literarum traiectionem: in epistola quadam Mosis Mardeni ad me; & in scholiis Seueri Patriarchæ, in 4. Reg. 9. caput. Quo modo Daniel quoque est locutus cap. 6. Scribit autem Moses ܠܐ ܩܪܐ ܡܢ ܒܠܒܗ ܐܠܐ ܡܢ ܠܒܗ Ea non legit è corde suo, hoc est, memoriter.

ܒܠܘܛܐ Hoc vocabulo redditur perpetuò à Syro Græcum δρῦς, Quercus.

ܒܠܛ Vapulare, Luc. 12. 2. Cor. 11. Percuti, vulnerari. Luc. 22. πλήττεσθαι. 2. Regum 11. At ܒܠܛܘܢܐ hamus, ἄγκιστρον, 4. Reg. 19.

ܒܠܥܕ Absq. sicut apud Hebræos. sed ferè sequitur præpositio ܡܢ. Et recipit affixa more nominũ pluralis numeri, vt etiam apud Hebræos. vide nostram Grammaticam Syricam.

ܒܠܥ Exortum est, Marc. 4. ἐξανέτειλε, de semine mox enascente.

ܒܢܐ Balneum.

ܒܢ̈ܝܐ Filij. eius singulare est ܒܪܐ. Vtũtur autẽ Syri sic, vt dicãt ܒܢܝ ܨܒܝܢܐ, pro iis qui de re quapiã hanc, aut illã habent voluntatem. & ܒܢܝ ܨܒܝܢܗ

ܒܣܢܐ Nomen loci in Syria, aut Assyria; à quo appellatus est quidam Mor Iacob. vide in ܡܦܫܩܢܐ.

ܒܝܐ Cõsolatus est, Act. 20. Et Deut. 32. & Psal. 23. Inde nomen ܒܘܝܐܐ Consolatio, Luc. 6. quod etiã scribitur ܒܘܝܐ Act. 9. Et ܡܒܝܐܢܐ consolator, Psal. 69.

ܒܝܕ Per. vsitatissima præpositio apud Syros, ab Heb. accepta. ܒܝܕܗ Per eam, Matth. 7. pro ܒܐܝܕܗ, omisso Olaph. Et similiter cetera quoq. pronomina ad illã particulam apponi sæpè solent. Significat autem, per manum huius, illius, &c.

ܒܝܡܐ & ܒܐܡܐ Græcum est βῆμα, tribunal. 2. Corinth. 5.

ܒܝܬ Inter, præpositio. idem quod Hebræis בין, aut בתוך Psal. 68. Et ܒܝܬ ܢܦܫܗ ܠܢܦܫܗ intra seipsum, secũ, nullis testibus videlicet adhibitis. Et ita quoq. cùm primę, aut secũdæ personę pronominibus construitur.

ܒܝܬ ܩܕܩܕܐ Idem quod קָדְקֹד, vertex capitis, Psal. 7. & 68. Ceterùm verbum ܒܝܬ, præter eas notiones quę sunt in Dictionariis Chaldaicis explicatæ, vsurpatur etiã à Syris, pro Decere, conuenire, vtile esse ad propositũ, præsertim in Hithpael. vt Ephes. 5. & alibi.

ܒܩܝܩ Adhęrens, Act. 13. Paul à verbo ܒܩܩ, quo verbo etiam Targumistæ vtuntur pro adhærere.

ܒܝܪܐ Puteus, lacus, pro ܒܐܪܐ.

ܒܝܫܐ Pudore affectus, afflictus miseriis. at ܒܝܫܐ malus. Quare si suprà scriptũ est punctum, illud; sin subter, hoc significat: dum alioqui nullæ vocales apparent.

ܒܝܬ Inter, pro ܒܝܢܬ, eliso Nun. At ܒܝܬܐ domus. Ab hoc fit adiectiuũ Nomẽ ܒܝܬܝܐ; & in feminino gen. ܒܝܬܝܬܐ familiaris, domesticus, οἰκεῖος. Plura-

ܓܐܪܐ & ܓܐܪܬܐ Significat quidem sagittam, telum. sed Syri vtũtur etiam pro obelisco, hoc est, pro eo signo, siue ea nota, qua Origenes veluti iugulabat ea, quæ LXXII. Interpretes de suo, supra id quod in Hebræo est, reddiderũt. quam notã alioqui appellant Græco vocabulo ܐܒܠܣܐ, vt in Olaph diximus.

ܓܒܐ Eligere. Heb. 11. Iacob. 2. Et exigere. 3. Reg. 10. Vnde ܓܒܐ ܪܒܝܬܐ, Exigere fœnus, fœnerari, Deutero. 23. in extremo. Et, auferre, eliminare, ἀφαιρεῖσϑ, hoc est, בער, Deutero. 24. vbi scriptum est: Et auferes malũ è medio tui. & 3. Reg. 22. &c. Item ܓܒܐ ܕܦܪܝܫܐ, qui sunt sectæ Pharisæorum, Act. 23. Deniq. ܓܒܐ clima, κλίμα. vocabulum Cosmographorũ, Iudic. 20. Et μέρος, pars, latus, 1. Reg. 23. Postremo in Psalmis pro Hebraico חסיד ferè est ܓܒܝܐ quasi dicas, electus. vt sit Paul formulæ Kal.

ܓܒܝܠܬܐ Idẽ quod יצר Hebræis, figmentum. τὸ πλάσμα, Deut. 31. φύραμα, 1. Corinth. 5. Et ܓܒܘܠܐ idem quod πλάστης, fictor. Deut. 32. & verbum ipsum, formare, fingere, יצר, Psalm. 94.

ܓܒܝܢܐ Frons.

ܓܒܢ In Hithpael, coagulari. sicut Hebræis טפש. Psalm. 118. in litera Teth. vnde est ܓܒܢܬܐ caseus. Et ܓܒܬܐ idem.

ܓܒܘܪܬܐ τέρας, Prodigium, Act. 2. & 4.

ܓܒܬܐ Caseus, Iudith 10.

ܓܝܓܠܐ rota. vt Hebręis גלגל.

ܓܓܪܬܐ Guttur, gula, gurgulio, Psal. 5. φάρυγξ. 1. Reg. 17.

ܓܕܘܕܐ Idem quod בחור Hebræis, iuuenis, adolescens. Act. 2. Psal. 78. & 148.

ܓܕܠ Intricare, innodare, dicitur de corona ex spinis implicatis cõposita, Matt. 27. Et inde nomen ὀχϑῶν, Indigena, Iosuæ 8. Et ܓܕܠܐ ܕܚܕܝܐ pro, ϑώραξ, hoc est, arma pectus tegentia, 1. Reg. 17.

ܓܕܢܐ ܕܝܪܚܐ Morbus, quem vocant lunaticũ. & dæmonium, quod huiusmodi homines infestat. atq. is etiam, qui eo laborat morbo.

ܓܘܪܢܐ ἡμίονος, Mulus. 1. Regũ 21. quo vocabulo Vlpianus quoq. vtitur pro illo animalis genere, quod ex equa & asino nascitur.

ܓܘܪܣܐ Muscidus, panis qui mucorem contraxit, βεβρωμένος, Iosuæ 9.

ܓܘܪܐ vel ܓܘܪܢܐ Genu. Philip. 2. & verbum ipsum, Flectere genu.

ܓܘܪ ܕܝܢ Particula est, nõ inchoantis, sed per exceptionem continuantis. sicut Latinis, Sed interim. Veluti cùm dicimus: Ille nudus humi cubauit: sed interim bene potus.

ܒܗ ܒܫܥܬܐ Ea ipsa hora, statim, ilico. frequens in Euangeliis.

ܓܘܕܐ Ora, fimbria, Psal. 33. vbi in Hebræo est פה.

ܓܠܐ Fulgere Et in Hiphil, Fulgorẽ facere, Psal. 35. Est Hebræorum vocabulum.

ܓܡܝܪܐ Simplex, minimè versutus. idem quod Hebræis בער, Psal. 73. Item Purus, mundus, eodem Psal. vbi est in Hebræo ברי לב mundi corde.

ܒܥܬܐ Ouum. Luc. 11.

ܒܛܟܣܐ Idem quod καθεξῆς, ex ordine, deinceps.

Litera Gomal. ܓ

ܓܐܐ Splendidũ, ac magnificum esse, atq. ornatu & magnificẽtia spectabilem. Et Aduerbiũ ܓܐܝܬ, splendidè, Lu. 16.

ܓܐܐ Positũ est pro Hebręo חציר, herba succisa. Psal. 37.

ܓܐܦܐ πίϑηκος, Simia. 3. Reg. 10.

ܐܬܓܒܪܘ, Iudic. 6. pro eo quod Græcè est, ἀντιδικεῖν, hoc est, liti se offerre, caussam pro aliquo suscipere.

ܓܦܦ Palpitare. hoc est ἀσπαίρειν: vt illi qui sacro morbo correpti, aut animi deliquium patientes palpitant, Marc. 9. vbi vulgatus interpres habet, volutabatur. Ponitur etiam Iudith nono, pro ῥάσσω, siue ἀράσσω, contundere, frangere, rumpere, dissipare.

ܒܨܐ Quærere. & καλαμᾶσϑαι, hoc est, spicilegium facere, Iudic. 20. quod ἐπιλέγειν dicitur, 3. Reg. 14. quasi post collectas fruges legere reliquias.

ܒܩܘܪܬܐ Feritas. Iosuæ 23. & Bar-Cepha.

ܒܨܐ ἐξερευνᾶν, Perscrutari, Iudic. 5. 1. Reg. 23. Item, diripere, prædari. nimirum idem quod בז, Psal. 109.

ܒܨܪ Parum esse, minui. & actiuè idem quod קצר, breuiare, Psal. 89. Breuiasti dies eius. Inde ܒܨܝܪ, deterius, minoris precij, Io. 2. Et Nomẽ ܒܨܝܪܘܬܐ res parua, 1. Corinth. 4.

ܒܩܐ Consyderare, obseruare, Hebræor. 13. & 3. σοχάζεσϑαι. Deuterono. 19. in Hithpael. Inuenitur etiam in ordine quiescentium in vltima. vnde est ܐܬܒܩܝ ܒܢܦܫܟ pro πρόσεχε σεαυτῷ. Sic enim citatur illa Basilij oratio à Theologis. Et ܒܩܘ ܒܗ Καϑεώρων αὐτὸν. 3. Regum 3. & Iudith 10. ܒܩܘ ܒܦܪܨܘܦܗ Κατενόουν τὸ πρόσωπον αὐτῆς. Contemplabantur faciẽ illius.

ܒܩܐ κώνωψ, Culex, Matth. 23.

ܒܪ Vsurpatur à Syris, sicut à Targumistis. Vocant etiam Philosophos gẽtiles, atq. à cœtu Christi alienos, ܒܪܝܐ, ac si dicas, Philosophos extraneos. &, ܒܪ ܐܬܪܐ, hoc est, filius loci, positum est pro ad-

Adulter, Ps. 50. 1. Cor. 6. Idē quod קש, stipula. festuca, καρφος, Matth. 7. At numero plurali ponitur pro קוצים spinis, Psal. 116. Fiducia, παῤῥησία. quasi dicas aperta fronte, Hebr. 10. Idē 1. Tim. 3. Idē: videlicet παῤῥησία. Heb. 4. est enim vtriusq. vocabuli eadem notatio.

siue , in Piel, in exsilium abduxit; vt apud Hebræos הגלה 4. Reg. 15. positio est . Sed Vau accessit loco geminationis mediæ literæ.

Defraudare, auferre, orbare, Luc. 19. ἀθετεῖν. 1. Cor. 1. Et absolutè, carere, priuari, orbari, 2. Reg. 17.

ἔλεγχος, argumentū. ac si dicas, manifestatio, patefactio, repræsentatio, Hebr. 11. in definitione fidei. Et oraculum. vnde pro Græco χρηματίζω αὐτὸς, reddit ipse oraculum; est in Syro 3. Regum 17.

Impudentem esse. vnde ἀναιδὴς, impudēs. Deutero. 28.

Idē quod τραῦμα, vulnus, Iudic. 15.

Declinare, secedere, Ioā. 5. vbi habet Syrus: Iesus secesserat in turbā. Et in Hithpael, κρύπτεσθαι, 1. Regum 23. vnde est latibulū, σκέπη. 1. Re. 25. & Psal. 18. in latibulum suum. At Deuter. 25. positum est pro, καταγινώσκειν.

Latus. Ephræm. vnde est , ad latus, hoc est, ἐγγὺς, propè, iuxta, Act. 9. ἐχόμενα, contiguè, Iudic. 19. πλησίον, Ios. 15.

Thalamus, tabernaculū: opinor, à verbo, ex ordine geminantium secundam. quod sæpè vsurpatur in Hiphil,

denuo. vide infrà

Deficere, diminui, Lu. 22. ἐκλείπειν, Iosuæ 4. Psalm. 69. & actiuè, orbare, ἀτεκνόω. Deuter. 32. Vnde est nomen ex Hithpael formatū , hoc est ἀτεκνουμένη, orba. 4. Reg. 2.

In Hithpael, æstuare, Act. 5. incendi, inflammari, Iudic. 6. Psal. 18. Est autem litera Vau in medio posita loco geminationis literæ Zain. Significat etiā , & sine Vau, ἀμφοτεροδέξιον, ambidextrum, qui perinde sinistra vt dextra vtitur in pugna, Iudic. 3. & 20.

Minari, & impetū in aliquē facere. vnde impetus, ὁρμή. Positum est etiam hoc verbum pro συντελεῖν, perficere, consumare, Rom. 9. ex Isaia: sed nescio an mendosè pro certè locus ille alioqui mendosus videtur in vulgatis ex Vienna libris: quare consulatur exemplar aliud.

Circumcidere. vnde fortassis insula, quia est à continente abscissa vndis.

Pelles caprinæ.

Fluere cū impetu. Bar-Cepha. Effundi Iudith. 15. in margine.

Idē quod קציר ramus. Psal. 80. vsurpatur etiam vt Verbum, pro νευροκοπεῖν, Iosuæ 11. vbi in Hebræo est עקר. & Deutero. 21. vbi habet Hebreum ערף.

Rota. quod etiam absq. Iud scriptū reperi. vide suprà.

Idē quod גדוד turma, exercitus, cohors militum. Ps. 18. σύστρεμμα, 3. Reg. 11. λῃστής, latro, 2. Corin. 11. At qui meæ vxoris sororem duxit.

est Græcū γάρ. Syri tamen etiam vt particulam continuatiuam, caussalem, aduersatiuam, vt sic dicam, vsurpant.

nomen, , ἐμπλοκή, implicatio, sicut crines torquētur in cincinnos, Pet. 3. 1. Timoth. 2. πλέγμα.

in Piel; idē quod Hebræis גרע, confringere, dissipare, Psal. 75. & 107.

Populi, qui vocantur Hebraice, הגרים, Agareni, Ps. 83. quos opinor, quia sunt pastores gregum per solitudines, illo vocabulo à Syris nominari.

Accidere, euenire, Luc. 10. Petr. 4. Deut. 18. Psalm. 44. Et nomen σύμπτωμα, accidēs, vt vulgo dicimus, quod fortè euenit. 1. Reg. 6.

in Hiphil, Declinare, recedere. 1. Reg. 22.

Procumbere, inclinari, Marc. 1. 1. Reg. 24. in Hithpael, similiter 3. Reg. 1. & alibi.

Idem quod הגה, cogitatio, mussitatio, Psal. 9. Et in libello Ephræm de compositione hominis, quem habeo, sed mēdosum, videtur significare canalem, aut tale quiddam.

Cohors, cœtus quidā, χορὸς. 1. Regum 29. Item latro. Item vter ex corio.

Angulus, est Græcum γωνία. Et adiectiuè, idem quod vniuersale, vt loquuutur Dialectici. vnde Aduerb. generatim, vniuersè. Et κοινῶς communiter. Tob. 5.

(Sæpè tamē absq. Vau expresso scribitur) est Cōfugere. vnde καταφυγή, asylum, Deuteron. 19. Item magno animo aliquid conari, & magno studio. Item militare. in Hithpael. Item tumere, superbire, & confidentia quadam exsultare. vnde est pro עלץ Psalm. 94.

Adulter. vt mihi est interpretatus doctor meus Mar-

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

ſtigare, παροξύνειν, Hebr. 10. παροξυσμὸν, Act. 13. hoc eſt, concitare. Item ἐρεθίζειν, irritare, prouocare ad iram, aut ad aliam rem, Pſal. 78. & Deut. 31. vnde Nomen ܓܘܪܓܐ, irritamentũ, incitamentum.

ܓܪܓܪܐ τρίβολος. 2. Reg. 12. Bellicum inſtrumentum, quod ferreum muricem Curtius vocat; Vegetius tribulum, quia ſeminis tribuli formam habet.

ܓܘܪܐ Onus, φορτίον. Iudic. 9.

ܓܪܙ Vſurpatur pro ἀποκνίζειν, Vellicare, amputare, decerpere. 1. Reg. 9.

ܓܪܡܦܝܠܐ ἐλεφάντινον, dictio eſt compoſita ex ܓܪܡܐ, quod os ſignificat; & ܦܝܠܐ, quod elephantem.

ܓܪܣ Contundere, comminuere. Ephrem de compoſitione hominis. & Nomen ܓܪܣܐ pro eo quod eſt Hebraicè שחל Pſal. 91. animalis ſpecies quædam, ſiue Leo ſit, ſiue Draco. neq. enim eſt hoc certum adhuc ſatis.

ܓܪܕ Radere, Deut. 21. Act. 21. Iudic. 16. 2. Reg. 9.

ܓܪܦ Exhaurire, cumulatim auferre. Germani dicũt erösen.

ܓܫܘܫܐ Qui ſunt in inſidiis, Luc. 20. Exploratores, Hebr. 11. 1. Reg. 26. Ephræm ſic vocat nares, qui odoratus ſagacitate explorant res. Et verbum ipſum ܓܫ vſurpatur pro cõſyderare, explorare. Ceteroqui eſt palpare, vt apud Targumiſtas. Vnde Hebr. 12. ψηλαφωμένῳ πυρὶ, eſt ܠܢܘܪܐ ܕܡܬܓܫܐ ܘܠܛܘܪܐ. Nam τῷ, ὄρει, quod illic additur, non eſt à Syro repræſentatum, in peruulgatis certè codicibus.

ܓܫܫ ἅψασθαι, tangere. Ioſu. 2. & 9. ac Iudic. 6. 1. Regum 6.

ܓܫܬܐ Contactus. à verbo ܓܫܫ, quod modò dicebam.

aqua proiicitur. Bar-cepha parte 1. cap. 21. & 28. Et Pſ. 94. vbi eſt in Hebræo יַבִּיעוּ, effutient, eructabunt verba. habet Syrus ܢܓܫܩܘܢ effundunt, & veluti euomunt. Similiter 1. Reg. 6. Et Nomẽ ܓܫܩܐ ponitur pro ἰσχίον, femur, 2. Reg. 9.

ܓܫܩ Videtur ſignificare idem quod פלק, ſurſum emicare. Vide alia tamen teſtimonia vt conquiras.

ܓܥܠ Commendare, fidei cõmittere, Luc. 12. Petri 4. Act. 14. Tobiæ 4. vnde eſt Nomen ܓܘܥܠܢܐ, depoſitum, quod alterius fidei commiſimus, & apud eum reliquimus. Tobiæ 1. Eſt etiam συνιστάναι, commendare, vt hominem aliis hominibus. Rom. 16.

ܓܥܠ Abominari, deteſtari, ſpernere, βδελύττεσθαι. Deut. 23. vbi eſt Græcè, οὐ βδελύξῃ ἰδουμαῖον, Non deteſtaberis Idumæum, &c.

ܓܥܪ Increpare duriter, ἐπιπλήττειν. 1. Tim. 5. eſt Hebræorum vox.

ܓܦܐ Ala. & hoc quoq. ab Hebræis ſumptum eſt.

ܓܦܝܦܬܐ Pro Gabbatha, Io. 19. qua voce, vt Hebræa, dicitur vocatum fuiſſe λιθόστρωτον locũ.

ܓܦܬܐ Vitis. in quo nomine litera Tau habet duritatis notã, quia excidit Nun, quæ eſt tertia poſitionis litera, vt ex Hebræo גֶּפֶן eſt manifeſtum.

ܓܪ Mœchatus eſt. vnde ܓܝܪܐ Adulter. Eſt autem ex ordine quieſcentium in medio. at quando pertinet ad geminãtia ſecundam literã, tum ſignificat σύρειν, trahere. vt Act. 14. & 17. vnde eſt etiam verbum quadratum ܓܪܓܪ, traxit, Act. 8.

ܓܪܒܐ λεπρὸς, lepra infectus, 4. Reg. 5. & ܓܪܒܐ Lepra.

ܓܪܓ Incitare, hortari, in- Hiphil, pro habitare, vt Ioan. 1. Habitauit in nobis. Et Luc. 1. atque Act. 5. ἐπισκιάζειν. Et Act. 2. κατασκηνώσει. vbi in Hebræo eſt שכן habitare. Et ἐπιπίπτειν, incidere, incumbere, ſuperuenire, Act. 10. Et ἐπισκηνώσῃ. 2. Corinth. 12. Et Pſalmo 137. [illegible] Dexteram tuam Domine, facito incumbere ſuper me. Vbi litera Gomal habet Kuſoi, vt ſolet prima poſitionis in Hiphil eorũ verborum, quæ geminant ſecundam. Item ἐφάλλεσθαι, inſilire. 1. Reg. 10. Inſiliet in te ſpiritus Domini.

ܓܘܫ Conſternare, permouere animo. Vnde quod Ioſuæ 5. in Græco eſt κατεπλάγησαν, vertit Syrus [illegible]. Item 1. Regum 1. καρδία ἐξεστηκυῖα, eſt à Syro redditũ [illegible]. Et Deuterono. 30. quod Græcè eſt, ὑπερόπτης, eſt conuerſum à Syro [illegible]. Et Act. 2. κατενύγησαν, compuncti ſunt. eſt in Syro [illegible]. Et 1. Reg. 10. Græcũ ἐθραύσθη, perculſus erat animo ſcilicet Ionathas. eſt in Syro, [illegible].

ܓܢܣܐ Græcum eſt, γένος, genus. Significat præterea hortum, ſiue Paradiſum. quem etiam Græci γάνος vocant aliquando. Bar-cepha parte 1. ca. 28. in initio.

ܓܢܐ Vide ſuprà ܓܢܐ pertinet etiam ad ordinem geminantium ſecundam literam. Et tum ſignificat, adhærere, coniungi. Et in Hiphil, accumbere, incumbere. vnde eſt [illegible], pro eo quod Græcè eſt, ἐκοιμήθη ἐπὶ τὸ παιδάριον, incubuit in puerum, 4. Regum 4. Et actiuè facere vt cubet aliquis, 2. Reg. 8. At ܓܢܐ ex quieſcentibus in fine, ſignificat Ebullire, prouomere, veluti cùm ſiphonibus

LITERA

ܕ LITERA Dolath, sæpè cū participiis veluti ociosa iungitur. vt Iosuæ 10. quod Græcè est, ἦσαν κρεμάμενοι, erāt suspēsi, redditur à Syro, ܗܘܘ ܗܘܘ ܕܬܠܝܢ. Et alibi, μὴ ἑστήκετε καταδιώκοντες, ne stetis persequētes. est in Syro, ܠܐ ܬܩܘܡܘܢ ܕܪܕܦܝܢ. Ac si dicas: Ne stetis, qui estis persequentes. Et similiter creberrimè. Ceteroqui sic vsurpatur hæc litera à Syris, vt à Chaldæis, quod in Grammatica Syrica quoq. dixi.

ܕܐܒ Dolere, Psal. 88. quod Hebræis דאב. estq. ex quiescētibus in medio.

ܕܒܩ Idem quod Hebræis תפר, Conglutinare, cōiungere, vt folia foliis assuuntur, aut agglutinantur. Bar-cepha.

ܕܒܪ Verbum variis modis vsurpatum à Syris. aliquando enim Remigare, propellere nauim significat. Ioan. 6. Item οἰκονομεῖν. & versari in re quapiam. Sic de Christo dicunt ܟܕ ܡܕܒܪ ܗܘܐ ܒܥܠܡܐ hoc est, ἐμπολιτευόμενος τῷ κόσμῳ, cùm in mundo versaretur. Et ܡܕܒܪ ܠܢ ܦܘܪܩܢܐ, pro οἰκονομῶν ἡμῖν τὴν σωτηρίαν, dispensans nobis salutem. Sic ܕܘܒܪܐ idem quod ἀναστροφὴ, conuersatio. Heb. 13. Et Bar-Cepha, ἀγωγὴ, Esther 2. & ܡܕܒܪ ܒܐܘܠܨܢܐ, qui versatur in necessitate, aut per vim tractatur, hoc est, ἀδικούμενος. Act. 7. Sic ܡܕܒܪܢܐ ܕܩܪܒܐ; & ܡܕܒܪܢܝ ܩܪܒܘܬܐ Iosuæ 5. vocātur milites, qui scilicet exercent rem bellicam, & vires.

ܕܒܪܐ Ager, vt Chaldæis. Et idem quod Hebræis יַעַר, Psal. 50. Et ܕܒܪܬܐ, ἡ ἀπαρτία, Deut. 20. Nimirum, res familiaris, instrumentum familias, & supellex.

ܕܘܝܐ Commune, vulgare, in medio positum, Dolath est litera seruilis.

ܕܘܟ Copula. vide ܒܕܘܟ in litera Beth.

ܕܓܠ Negare, falsum dicere, frustrari, fallere. vsurpatur ferè in Piel. Hinc est Nomen ܕܓܠܘܬܐ Mendaciū. At apud Ephræm de hominis compositione videtur accipi, pro risu, iocoq.. Dicit enim esse passionem siue affectionem, quæ in liene sedem habet: nisi fortassis illic quoque mendacia habitent.

ܕܓܫ Καταχεντᾶν Pungere, confodere, &c. Iudith vltimo.

ܕܘܓܐ Cum Gomal duro, positum est Psalmo 38. pro חֵרֵשׁ, quod Iudæi surdum interpretantur.

ܕܘܕ διακόπτειν, inhibere, impedire, in Piel. Galat. 5. litera Vau est consonans in hoc verbo, vt in multis aliis.

ܕܘܝܢܐ Sons, penes quem culpa est. Et ܕܘܝܢܘܬܐ culpa, Bar-Cepha. Moses Mardenus in epist. ad me scribit, ܠܐ ܬܕܘܢ. ܠܝ hoc est, ne me culpes.

ܕܘܘܝܐ Dolor, ὀδύνη. Deuter. 28. ταλαιπωρία. Rom. 3. Et ܕܘܝܐ ἐλεεινός, miserabilis. 1. Corin. 15.

ܕܘܟ & ܕܘܟܬܐ Locus. Litera Coph semper habet notam duritatis, siue Kusoi. vt Psal. 103. est enim ex geminantibus secundam literam.

ܕܘܠܐ Situla, vas hauriendæ aquæ. Ioan. 4.

ܕܘܠܠܐ Repudium, Mat. 5.

ܕܘܨܐ Gaudium, exsultatio.

ܕܘܩܐ Excubitor, σκοπὸς, ab inspiciendo. & ܒܝܬ ܕܘܩܐ σκοπιά, specula. vide verbum ܕܩ inferius.

ܕܘܪܟܬܐ βῆμα, Idem quod Hebraicè אשורים, Psal. 37. incessus. à verbo דרך. quo etiam Hebræi vtuntur.

ܕܚܝܩܐ Quod proiicitur, impellitur, expellitur. particip. pass. à verbo ܕܚܩ. Est pro Hebr. מרין. Psal. 35. Significat autem verbum ܕܚܩܐ siue ܕܚܩ, expellere. 2. Reg. 15.

ܕܚܠܬܐ σέβασμα, Numen, 2. Thess. 2. Nam religio veteris Testamenti in timore posita erat.

ܕܚܩ Repellere, repudiare, ἀπωθεῖν, Iudic. 6. 2. Reg. 23.

ܕܚܫܐ Satellites, lictores, Marc. 14. Matth. 27. ὑπηρέται, Act. 5.

ܕܘܚܩܐ Labore, dolore, molestia affectus. à verbo ܕܘܚ; de quo suprà. Sic redditur ab Aquila, quod in Hebræo est נֶחְשָׁל Deuteron. 25.

ܕܝܘܢܐ & ܕܝܘܐ Dæmonium. frequens in Euangelio vocabulum.

ܕܝܠܗ Sæpè vsurpatur ad rem certam ostendendam, hoc modo; ܟܬܒ ܥܠܘܗܝ ܕܝܠܗ hoc est, scripsit de eo ipso, siue de eodem. & ܗܦܟܬܐ ܕܝܠܗ ܕܝܠܗ, Obiectio illius eiusdem. Sæpè etiam vsurpatur pro pronomine, suus, sua, suum.

ܕܝܠܝܘܬܐ & ܕܝܠܝܬܐ, Proprietas, ἰδιότης, quod videlicet ad certā rem pertinet, siue ad certum indiuiduum, vt loquuntur Dialectici, atq. ad certam personā, non ad vniuersam speciem. Nā ܕܝܠܝܐ, et ܕܝܠܝܬܐ, vocant ipsam certam personā. Et quod Latini dicunt, singulos homines. Facta sunt autem ista Nomina, ab illo quod proximè dixi reciproco Pronomine ܕܝܠܗ, hoc est, suus.

ܕܝܢ Græcorū δὲ, autem, verò, &c. & interdum, δὴ.

ܕܝܫܐ Sunt animalia, quæ יְעֵלִים, vocantur Hebraicè, Psal. 104. Ibices, vt volunt Iudæi, fortassis damæ, **Dachs** Germanicè.

ܕܝܫܢܐ

ri tamquam laqueo, vel clauo affigi ad aliquid.

ܓܒܐ Latus. Bar-Cepha. Io. 19. Scribitur etiam per Tau ܓܒܬܐ, præsertim num. pluriū.

ܕܨ Exsultare, vt Chaldęis דוץ.

ܕܩ Attentè inspicere, διακύπτειν. Sed est vsitatius in Hiphil ܐܕܩ Luc. 24. 2. Reg. 6. est ex quiescentibus in medio, speculari, obseruare. Iudith 10. σκοπεύειν.

ܙܥܘܪܐ Paruus. Act. 8. & Ps. 104. pro קְטַנּוֹת est ܙܥܘܪܬܐ. Et ἐλάχιστον. 1. Corinth. 6.

ܕܩ παίδσειν, Percutere. Act. 12.

ܕܘܫ Conterere. Matth. 21. Iudith 2. Et Nomē ܕܘܫܐ palatium. Psal. 135. & ܕܘܫܬܐ idem. Psal. 96. vbi Hebr. est חוות. Et ܡܕܘܫܐ Idem. Psalm. 104. At ܡܕܪܐ est περίχωμα Agger. 2. Reg. 20. Est etiam ܕܪܐ idē quod λικμαν, tamquam ventilabro proiicere. 3. Reg. 14. Et inde Nomē ܡܕܪܝܐ ventilabrum. ibidem.

ܕܝܬܝܪ Plus, maius. dictio cōposita ex Dolath seruili.

